TRATTATO
ET RESOLVTIONE
sopra la Validità delle
SCOMMVNICHE:
DI
GIO. GERSONE
Theologo & Cancellario Parisino;

COGNOMINATO il DOTTORE *Christianissimo*;

Tradotto dalla Lingua Latina nella Volgare; con ogni fedeltà.

In OPVSCVLI DVE.

IN VENETIA,
Appresso Roberto MEIETTI.

M. DC. LXXV.

PIO & RELIGIOSO LECTORI.

EVulgato rumore, & sparsa passim fama in inclyta hac Ciuitate Parisiorum, ipso die Sanctissimæ Natiuitatis Domini & Saluatoris nostri, contra Serenissimam æquè ac Religiosissimam Venetorum Rempublicam fulminatas fuisse Excommunicationes, ac Censuras, & comminatas simul Maledictiones, & Interdicta (quod tamen vt rationi minimè consonum, ita vix credibile videtur) idque ea potissimum de causa factum fuisse, quod auitam illam suam cœlestis & æuiterni numinis beneficio concessam libertatem alieno cor-

datè & prudenter ſubmittere renuat arbitrio. Ego probatorum quorundam Authorum reuolutione, ſeriò inquirere cœpi, quænam huiuſmodi Excommunicationum, Cenſurarum & Interdictorum ſit vis & energia, vbi præter demeritum delinquentium improuidè, inconſultéque omni æquitatis & Iuſtitiæ contempta ratione fulminantur. Et quidem Sacri Concilij Tridentini Decretis accuratè inſpectis, legendo verba hæc digna vt aureis conſcripta literis perpetuo duraturæ æternitati conſecrentur. (Quamuis Excommunicatiònis gladius neruus ſit Eccleſiaſticæ diſciplinæ, & ad continendos in officio populos valde ſalutaris: ſobriè tamen, magnaque cum circumſpectione exercendus eſt, cum experientia doceat, ſi temerè, aut leuibus ex rebus incutiatur, magis contemni, quam formidari, & perniciem potius parere, quam ſalutem:) in votis mihi

maximè

maximè fuisset , vt quemadmodum Sanctissimi illi Patres in Spiritu Sancto haud dubiè congregati, Prælatis Ecclesiarum & fidelium cœtui præpositis Antistitibus regulam ab iisdem in huiusmodi remedij applicatione & vsu salutifero obseruandam præscripsere : sic pariter deuotas & religiosas piorum conscientias informassent, quidnam earum muneris foret ac officij , quando earum Præsides ac Inspectores formæ à Christo Seruatore, Apostolo , & Antiquis veterum Canonum Sanctionibus tradita & præscripta ex diametro aduersantes, Censuras intentant Ecclesiasticas , aut in subiectos populos Excommunicationes fulminant ; Et cum hic desiderio viderem meo fieri nequaquam satis, Classicorum quorundam inspiciendo authorum vigilias , ecce præ reliquis vnus sese mihi nihil tale cogitanti & & inopinè obtulit Ioannes ille Gerson

 po-

popularis & Sympatrida meus, Doctoris Christianissimi non immerito à bonis omnibus cognomine donatus, æterna sanè vir memoria dignissimus, tum ob vitæ innocentiam & sanctitatem, tum ob inexhaustos pariter in hac celebri Vniuersitate quondam exanthlatos labores, Sacram longa annorum serie Theologiam omnium cum applausu publicè profitendo, tum etiam in Constantiensi Concilio, vbi doctrina exemplo, & authoritate qua pollebat, Regis Gallorum Christianissimi ad prædictum Concilium Orator destinatus, resplendens, indefessè admodum pro vnione S. R. E. procuranda, & perniciosissimo schismate tunc temporis suscitato penitus extinguendo cum desudarit, immortalem nominis gloriam citra iniuriam omnem est consecutus. In huius, inquam, tam præclari profecto Viri Opusculis passim euulgatis, præter reliquas quamplures

plures pulchras & elegantes sanè considerationes(in quibus semper reuerenter Ecclesiasticam authoritatem iuxta Diuinorum placita mandatorum exercitam, venerari se officiosè, & obseruare sedulò, vt decet, ostendit; & maxima ac discreta seueritate reprehendit abusus in eandem, temporum iniuria & quorundam malitia & astutia inuectos, qui sua quærendo, non quæ sunt Iesu Christi, propriæ priuatæque amplitudini student non publico Ecclesiæ inuigilant profectui) hæc duo reperi Opuscula, quæ cum rebus quæ in præsens aguntur valdè opportuna & proposito admodum subseruire nostro iudicarim negocio, ad animarum Diuino timore & zelo inflammatarum consolationem, volui ab aliis seiuncta Opusculis separatim euulgare, hac potissimum motus ratione, vt quilibet pietatis studiosus & timoratæ vir con-

 scien-

ſcientiæ, ea perlegendo, exoptata perfrui conſolatione poſſit ac tranquillitate, excuſſo penitus timore omni haudquaquam metuendo, quem reprobis in multiplicis demeriti pœnam paſſim Diuina ſolita eſt Maieſtas potenter immittere, ſicut Regius noſter Pſaltes cecinit: Trepidauerunt timore, vbi non erat timor; *& iuxta doctrinam Apoſtoli, confortati in Domino, & in virtutis ſuæ potentia, arripiant ſcutum Fidei, illudque indiſcreto fulmini opponant, gladium Spiritus accipiendo quòd eſt Verbum Dei, Chriſtianam libertatem Chriſtiano planè animo & heroico, cum pietate tamen & moderatione, quam eniximè tueantur, & defendant.*

DOMINI GERSONIS, CANCELLARII,

Circa materiam Excommunicationum, & Irregularitatum Resolutio.

CONSIDERATIO I.

ONTEMPTUS Clauium Ecclesiasticarum causat quasi formaliter,& principaliter excommunicationis, vel irregularitatis detrimentum. Sic enim solent communiter Domini Iuristæ dicere; quod irregularitas contrahitur, dum aliquis

excommunicatus se immiscet sacris in contemptum clauium. Fundatur autem hæc consideratio principaliter ex illa lege Euangelica Matth. 18. *Si peccauerit in te frater tuus*, sequitur: *dic Ecclesiæ: si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & publicanus.*

CONSIDERATIO II.

Contemptus clauium potest interuenire multipliciter in aliquo. Vno modo directè, & causaliter: & hoc propriè dicitur fieri ex contemptu: quando scilicet contemptus est causa actionis principaliter: ita quod non fieret actio, nisi esset ad contemptum clauium: quemadmodum si quis dicat Episcopo excommunicanti: Ego in despectum vestri, & vestri præcepti nihil agam illius

quod

quod iubetis. Alio modo fit contemptus implicitè: quia videlicet eſt contumax in obedientia: quamvis non ex inobedientia, vel propter non obedire: ſed propter aliquod aliud delectabile vel vtile, aliquis peccat contra Prælati iuſſionem: tertio modo dicitur contemptus interpretatiuè omnis voluntaria tranſgreſſio cuiuſcunque præcepti, & iſto modo reperitur contemptus in omni peccato, præſertim mortali, directè, vel indirectè, verè, vel interpretatiuè.

CONSIDERATIO III.

Contemptus primo modo rationabiliter demeretur excommunicationem, conſequenter irregularitatem; ſimiliter & ſecundus, dum iungitur contumacia. Sed tertius

contemptus non ſemper eſt excommunicationis Eccleſiæ, nec conſequenter irregularitatis demeritorius. Dicitur, Eccleſiæ, notanter: quia omnis peccans mortaliter eſt à Deo, & apud Deum excommunicatus: ſed non ſemper per Eccleſiaſticam ſanctionem.

CONSIDERATIO IV.

Contemptus neutro modorum prædictorum dicendus eſt interuenire contra pręceptum aliquod Pręlati: quando manifeſtè, & notoriè Prælatus abutitur in huiuſmodi pręcepto clauium poteſtate: & hoc dū ſcit, & cognoſcit ille, qui non obedit: nec aliundè generat in ſe, vel in aliis ſcandaloſum contemptum clauium: Quoniam in hoc talis non eſt inobediens clauium poteſtati: ſed erroneo

neo clauium abusui.

CONSIDERATIO V.

Contemptus clauium magis inuenitur quo ad culpam in Prælato, taliter (vt præmittitur)abutente sua potestate : quam in non obediente: si comparatio recipiatur abusiua. Est igitur quandoque meritorium, & honorificatiuum ecclesiasticę potestatis,quod tali Prælato in faciem resistatur cum appositione inculpatæ tutelæ : quemadmodum restitit Paulus Petro.

CONSIDERATIO VI.

Contemptus clauium quandoque posset inueniri in vno qui non pareret sententiæ sui Prælati;vbi,& quãdo alius in eadem sententia non obediens,

obediens, nullo modo contemptus esset reus, præsertim apud Deum. Cuius ratio est: quoniam vnus reputat sententiam iustam, aut quomodolibet obediendum illi: alius vero nõ: sed scit certitudinaliter, aut probabilitate sufficienti, suum Prelatum male vti in præiudicium clauium, & in destructionem Ecclesiæ.

CONSIDERATIO VII.

Contemptus clauium debet inuestigari ex potestate legitima, & vsu legitimo potestatis illius, qui pręcipiendo excommunicat, vel irregularitatem comminatur. Alioquin Prælati possent inducere qualemcunque vellent super illos seruitutem: si suis sententiis iniquis, & erroneis semper esset obediendum. Et ita patet, quod hoc commune dictum:

dictum : *Sententia Prælati,vel Iudicis etiam iniusta timenda est :* indiget glossa. Alioquin non est generaliter verum , si timenda dicatur:quia est sustinenda : nec repellenda : immo in casu,pati illam esset asinina patientia,& timor leporinus,& fatuus.

CONSIDERATIO VIII.

Contemptus clauium plus habet periculi erga personam Summi Pontificis, quam erga inferiores. Quoniam ab abusibus inferioribus patet recursus ad Papam per appellationis subsidium , & si dicatur quod ita potest à Papa fieri appellatio ad Concilium generale. Dixerunt olim ante Concilium generale Pisanum, & Constantiense, quod hoc nullo modo licebat : & allegant iura sua pro se valde (sicut eis videtur) ex-

pressa. Sed constanter nunc asseritur, quod est hæresis damnata per Constitutionem expressissimam, & practicatam in Concilio prædicto Constan. prout alibi diffusius est ostensum. Respondetur igitur aliter quod non pro leuibus causis (vbi etiam liceret) potest aut debet pro appellationibus prosequendis Concilium celebrari: sicut habetur recursus ad Papam.

CONSIDERATIO IX.

Contemptus clauium non incurritur in multis casibus quibus Papæ mandato non obeditur: dum scilicet abutitur enormissimè, & scandalosissimè potestate sua in destructionem non in ædificationem, sicut tamen dicit Apostolus ideo potestatem datam esse. Exemplum: si Papa vellet

vellet thesauros Ecclesiarum diripere, aut hæreditates vsurpare, aut in seruitutem abiectam clerum, cum suis bonis, redigere, & iuribus suis spoliare sine causa, quis diceret ista debere tolerari? Quis non censeret posse dici Papæ: cur ita facis? Quis non assentiet, in faciem sibi resistendum?

CONSIDERATIO X.

Contemptus clauium etiam non semper inuenitur apud illos, qui nedum non obediunt sententiis excommunicationum promulgatis per Papam, vel suos: sed etiam non est iudicanda esse apud illos, qui per potestatem secularem aduersus tales prætensas sententias tueri se procurant. Lex enim naturalis dictat, vt possit vis vi repelli. Constat autem, quod

quod tales excommunicationes non debent dici ius, ſed vis & violentia, contra quam fas habet liber, vel homo, vel animus ſe tueri.

CONSIDERATIO XI.

Contemptus clauium, & conſequenter excommunicatio, vel irregularitas non incurritur, dum in pręmiſſis caſibus dicit aliquis Iuriſtarum, vel Theologus iuxta conſcientiam ſuam, quod huiuſmodi ſententiæ non ſunt timendæ, vel tenendæ, & hoc præſertim ſi obſeruetur informatio, ſeu cautela debita, ne ſequatur ſcandalum puſillorum, qui æſtimant Papam eſſe vnum Deum, qui habet poteſtatem omnem in cœlo, & in terra. Veruntamen expellenda eſt talium ſtultitia, per informationes idoneas: qui ſi nolint ac-

acquiescere, ipsi iam sunt iudicandi de scandalo non dato, sed accepto, hoc est, de scandalo Pharisæorum, & ex malitia: non pusillorum, & ex simplicitate, vel ignorantia.

CONSIDERATIO XII.

Contemptus clauium dicendus est magis foueri, quam tolli, dum debentes abusui clauium resistere, diuiduntur inter se, & impediunt se, vel per stultitiam, vel per ignauiam, ne communi consensu fiat ambulatio in domo Domini: dum alij fauent abusibus, alij tollere volunt. Veritas est, quod omnis via fauorabilis, & humilis, tentanda est cum summo Pontifice, dum male informatus, fert per se, vel suos, iniustas sententias, quod desistat & reformet: sed si nihil prodest humilis sedulitas, arripienda est virilis, & animosa libertas.

Dis-

Discußio illius Aſſertionis Sententia Paſtoris etiam injuſta tenenda eſt, per eundem Cancellarium.

CAſus eſt: Quidam ſe gerens pro Commiſſario Papæ, poſuit in ſuo proceſſu publico aſſertionem, quæ ſequitur: *Sententiæ noſtræ etiamſi eſſent iniuſtæ ſunt tenendæ, & timendæ.* Quæritur ſuper hac aſſertione. Primo, ſi ſit falſa, & erronea. Secundo, ſi ſit iudicio fidei reprobanda. Tertio, ſi aſſertor ſit ad iudicium fidei rationabiliter euocandus. Arguitur quod ſit vera: quia ſecundùm B. Gregorium, Sententia Paſtoris, ſiue iuſta, ſiue iniuſta fuerit timenda eſt. Cui conſonat Vrbanus Papa, dicens, quod valde timenda eſt ſententia Epiſcopi, licet iniuſtè liget. Sed Papa nedum eſt Paſtor & Epiſcopus,

ſcopus, ſed ſupremus Paſtor & Epiſcopus. Sed contra eſt dictum Hieronymi, ſuper Epiſtolam Pauli ad Philemonem, & fundatur in dicto Eſa. 5. *Si quis dixerit iniuſtum iuſtum, abominabilis eſt apud Deum.* & Gregor. in homil. 27. *Ipſe ligandi, atque ſoluendi poteſtate ſe priuat, qui hanc pro ſuis voluntatibus, & non pro ſubditorum iuribus exercet.* Et idem: *Tunc eſt vera abſolutio Præſidentis, cum interni Iudicis ſequitur arbitrium.* Et idem: *Non debetis pœnam ſuſtinere canonicam, in cuius damnationem non eſt canonica prolata ſententia:* conſtat autem quod ſententia iniuſta non eſt canonica.

Ponuntur pro deciſione Propoſitiones, quæ ſequuntur, ad examinandum.

Hæc aſſertio propoſita in proceſſu publico,

publico,ſi ſit erronea in fide & moribus, non eſt diſſimulanter prætereunda, cum ſit ſcandaloſa, & ex deliberatione poſita. Hæc aſſertio eſt vna propoſitio conditionalis includens vnam conſequentiam talem,Si ſententiæ noſtræ ſunt iniuſtę, illæ etiam ſunt timendæ.Hæc aſſertio conditionalis ſic reſoluta, ſi ſit falſa,eſt impoſſibilis: patet hæc propoſitio, ſicut, & præcedens ex regulis infallibilibus Logicorum: addendo quod aſſertio prædicta continet iſtam Vniuerſalem, quod omnes ſententiæ dicti Commiſſarij quantumcunque iniuſtæ ſunt tenendæ. Hæc aſſertio falſa eſt, quoniam oppoſitum conſequentis ſtat cum antecedente: quoniam ſtat,aliquas ſententias Paſtoris, vel Papæ,& ſuorum Commiſſariorum non eſſe tenendas, immo nec timendas dum ſunt

ſunt iniuſtæ. Et hoc in multis caſibus. Primo, ſi ſententia lata ſit poſt appellationem legitimam, vt notauit Innocentius III. in epiſtola ad Archiepiſcopum Senonen. Secundo, ſi contineat errorem intolerabilem: vt notauit idem. Et hoc multipliciter poteſt euenire, cum nullus Paſtor viuens in terris, immo nec Papa, ſit impeccabilis, quin poſſit abuti ſua poteſtate; cum circundatus ſit infirmitate; vt dicitur ad Hebr. Vnus caſus eſt: ſi ſententiet expreſsè vel etiam implicitè contra fidem & Scripturam ſacram. Alter, ſi ſententiet in præiudicium veritatis vitæ & iuſtitiæ; vt ſi volens rapere ſponſam alterius, ferat in contranitentes ſententiam excommunicationis. Alter, ſi ſententiet in præiudicium iuſtæ libertatis, vt ſi volens vſurpare ciuitatem vnius Principis ferat ſenten-

tiam

tiam excommunicationis in nolentes eam sibi tradere : & ita de multis similibus : vt si excommunicare velit illos qui suo Regi, & suis edictis rationabilibus obediunt. Notauit hæc Inno. vbi prius : & habetur fundamentaliter, ex infallibili lege diuina, & naturali : cuius deductionem hic omittimus. Hæc assertio est impossibilis:sequitur hæc ex præcedentibus. Notando quod iura quibus inniti videtur, non loquuntur tali modo conditionali & hypothetico : nec dicunt quod sententia Pastoris sit tenenda : quia longè aliud est dicere, quod sententia aliqua sit timenda, & quod sit tenenda: quia tyrannica iniquitas etiam timeri potest, sed non teneri debet: immo contemni, vel persequi. Hæc assertio censenda est erronea contra bonos mores & canones:patet:quia

cum

cum ſpectet ad mores, & canones (ſicut conſtat) & non eſt eis conformis in veritate, immo nec eſſe poteſt, ſicut patet ex præcedentibus, ſequitur quod eſt eis diſſona atque contraria. Hæc aſſertio debet in fide meritò ſuſpecta reputari: patet ex præcedentibus, & hoc accipiendo fidem pro obiecto fidei, pro Scriptura ſacra & iure diuino. Hæc aſſertio reddit aſſertorem ſuum in fide ſuſpectum: & ita conſequenter ad iudicium fidei rationabiliter euocandum, qui compellendus erit, vel ſe exponere, vel reuocare, vel (ſi pertinaciter renuerit, relinquendus erit iuſtitiæ ſeculari. Conſequenter ad aggrauationem dictæ aſſertionis, cum proteſtatione, quòd hoc fit ad finem ciuilem & eccleſiaſticum, & pro defenſione Catholicæ veritatis, & Eccleſiaſticæ libertatis.

bertatis : & non ad ingerendum crimen læsæ Regiæ Maiestatis, inferuntur propositiones, quæ sequuntur.

Rex Christianissimus Francorum iurauit in sua consecratione defendere, & tenere iura & libertates Ecclesiarum Regni sui.

Rex idem pluries à viginti annis citra habuit Conuocationem, & Concilium Prælatorum, & Vniuersitatum Regni sui : ad quorum deliberationem, & requestum conclusit solemniter per Arrestum Curiæ suæ supremæ Parlamenti, quòd Ecclesia Gallicana, in se, & in membris suis, ad suas antiquas, & legitimas libertates reduceretur, nominatim in collatione beneficiorum per Ordinarios, & in electionibus faciendis.

Rex idem, & legitimus filius suus nunc

nunc regens, nouiſſimè poſt quatuor, & quinque annos fecerunt idem arreſtum ſolemniter publicari cum adiectione pœnarum in rebelles.

Rex idem debet reputare quod ſententiæ cuiuſque Paſtoris, etiam Summi Pontificis, factæ, vel latæ in oppoſitum mediatè, vel immediatè, ſunt iniuſtæ: & continent errorem intolerabilem contra publicam iuſtitiam: & in vſurpationem indebitam: & ex conſequenti nec tenendæ ſibi ſunt, nec neceſſario timendæ: præſertim cum obtulerit in facie Concilij Generalis Conſtan. ſe paratum velle prouidere ſtatui Summi Pontificis, ſicut alij Reges, & Regna pro parte ſua. Dicitur hic quod non neceſſario timendæ: quia poſſunt timeri à timoratis conſcientiis in aliquo caſu, quamuis non ob

hoc ſint tenendæ. Multum enim differt dicere quod ſint tenendæ & dicere quod ſint timendæ. Et ideo aſſertor prædictus qui addidit de ſuo, quod ſententiæ Paſtoris iniuſtę ſunt tenendæ, valde temerariè, & ſcandalosè,& erroneè videtur fuiſſe locutus: nec iura, quibus inniti videtur, loquuntur modo ſuo: immo longe modeſtius, ita vt poſſint ad verum ſenſum reduci, non autem aſſertio ſua, modo quo poſita eſt: ſicut patet ex propoſitionibus ante dictis.

Rex idem poteſt ſe tueri contra procedentes in eum, vel ſuos, occaſione prædicta, ſicut contra volentes vſurpare poſſeſſiones temporales Regni ſui: immo magis, quantum ſpiritualia, & eccleſiaſtica potiora ſunt temporalibus.

Rex idem debet habere ſubditos

ſuos

ſuos (præſertim Eccleſiaſticos) fa-
uorabiles in dicta proſecutione : &
obedientes, iuxta monitionem Apo-
ſtolicam, debent obedire Regi tan-
quam præcellenti, & hoc præcipuè
dum vtitur ſua legitima poteſtate
in obſeruationem proprij iuramen-
ti, & Eccleſiaſticæ libertatis tuitio-
nem.

Rex idem debet protegere ſub-
ditos ſuos, ſi præmiſſorum occaſio-
ne, & propter obedientiam ſibi fa-
ctam pati habeant, & aſſumere cau-
ſam in ſe. Et ſub hac protectione
ſubditi, tam Seculares, quàm Eccle-
ſiaſtici, debent, & poſſunt in quiete
viuere, non plus ſapientes, quàm
oportet.

Rex idem poteſt rationabiliter
conqueri de ſubditis ſuis, præſertim
Eccleſiaſticis, ſi in prædicta redu-
ctione libertatum inueniantur te-

pidi, & tergiuersatores, & claudicantes: & potest ab eis per se, aut suos exigere rationes, quibus mouentur sentire contra deliberationes nedum Consilij sui, sed suorum Prælatorum, ac Vniuersitatum Regni sui. Cæterum de pœnis per eundem infligendis, iubet Ecclesiastica modestia quiescere, nec habere sermonem.

Al

Al Pio & Religioso

LETTORE.

E SSENDO sparsa fama in questa Città, che il giorno della Santissima Natiuità di N. Sig. contra la Sereniss. & religiosissima Republica di Venetia siino state fulminate Scommuniche, & Censure, & minacciate Maleditioni, & interdetti, ilche però non par ragioneuole, nè credibile; perche ricusa di sottomettere all'arbitrio altrui la libertà, che Dio gli ha donato; Io mi son dato à ricercare ne gli approuati Auttori, qual fosse la loro forza, quando sono fulminate per cause tanto ingiuste. Et leggendo nel sacro Concilio di Trento quelle

parole degne d'essere scritte in lettere d'oro, Benche l'arma della scommunica sij il neruo della disciplina Ecclesiastica, & molto salutifero per contenere li popoli in vfficio, nondimeno si debbe adoperare sobriamente, & con gran circospettione, insegnando l'esperienza, che se si fulmina temerariamente, & per cose leggieri, più tosto è sprezzato, che temuto, & partorisce più pernicie, che salute: haurei desiderato, che si come quei Santissimi Padri hanno prescritto alli Prelati la regola, che debbono seruare per vsar vna tal medicina à salute, così hauessero insegnato alle deuote, & religiose conscienze, qual fosse il loro debito quando il suo Prelato fulmina censure contra la forma prescritta da Christo N. Sig. & da S. Paulo, & dalli sacri Canoni antichi: & mentre non trouando qui quanto desideraua, riuolgo molti Auttori, mi è passato per

mano anco Giouanni Gerſone Dottore Chriſtianiſs. degno di eterna memoria, così per la ſantità della vita, come per le molto fatiche fatte in queſta Vniuerſità, inſegnando tanti anni la ſacra Theologia. & nel Concilio di Conſtanza, doue s'adoperò, & con la dottrina, & eſſempio, & con la qualità che teneua in quel Concilio d'Ambaſciatore del noſtro Chriſtianiſs. Rè, per la vnione della S. Chieſa Romana, & eſtintione del perniciosiſſimo ſciſma.

Et tra molte belle conſiderationi ſparſe per tutte le opere ſue, doue ſempre moſtra reuerentiſſima oſſeruanza all'auttorità Eccleſiaſtica, vſata come Dio comanda, & inſieme molto diſpiacere de gli abuſi introdotti da quelli, che cercano la grandezza propria, & non quella di Gieſu Chriſto; Ho trouato li preſenti due opuſculi, liquali giudicando eſſere molto à propoſito per le coſe, che

 hora

hora si trattano, à consolatione delle anime timorate, ho voluto tradurli in lingua Italiana, & fargli stampare separatamente, acciò ciascuna pia & religiosa conscienza leggendoli, possi consolarsi, non incorrendo in quella grande auersità che Dio manda alli reprobi di hauer timore delle cose, che non ne sono degne, trepidauerunt timore, vbi non erat timor. *ma secondo l'Apostolo, confortati nel Signore, & nella potenza della sua virtù, pigliaranno lo scudo della Fede, per opporlo alli fulmini indiscreti, & l'arma dello Spirito, che è la parola di Dio. Di Parigi, al primo d'Aprile* 1606.

RE-

RESOLVTIONE Circa la materia delle Scommuniche, & Irregolarità.

Di GIO. GERSONE Theologo e Cancelliero Parisino.

CONSIDERATIONE I.

LA pena della Scommunicha, ouero della Irregolarità, è causata quasi formalmente, & principalmente dallo sprezzo delle chiaui della Chiesa, imperciòche gli Giurisconsulti sogliono communemente dire, che s'incorre in Irregolarità, quando alcuno scommunicato, s'in-

tromette nelle cose sacre per sprezzo delle chiaui: & questa consideratione si fonda principalmente sopra quella legge Euangelica à 18. di San Mattheo, Se il tuo fratello peccherà in te, &c. seguita, dillo alla Chiesa, & se non vdirà la Chiesa, habbilo per pagano, & publicano.

CONSIDERATIONE II.

Può interuenire in molti modi lo sprezzo delle chiaui della Chiesa. Al primo modo direttamente, & causalmente, perche propriamente si dice, che alcuna cosa sij fatta per sprezzo quando lo sprezzo è causa principale dell'attione, si che non si farebbe se non fusse per sprezzo delle chiaui: come se alcuno dicesse al Vescouo, che li comanda sotto pena di scommunica, Al dispetto

petto vostro,& del vostro precetto, io non farò mente di quello,che voi comandate. Al secondo modo interuiene lo sprezzo indirettamente quando alcuno è pertinace a non obedire, ma non pecca contra il precetto del Prelato per inobedienza, ouero hauendo per fine a non obedire: ma per qualche sua dilettatione, ò vtilità. Al terzo modo si chiama sprezzo apparentemente ogni volontaria transgressione di qual si voglia precetto, & a questo modo si può dire,che in ogni peccato, massime mortale,v'interuenghi sprezzo, ò direttamente, ò indirettamente, oueramente almeno apparentemente.

CONSIDERATIONE III.

Lo sprezzo al primo modo con ragione

ragione merita la Scommunica, & conſequentemente la irregolarità, & ſimilmente il ſecondo, quando è congiunta la contumacia: ma lo ſprezzo della terza ſorte non ſempre merita la Scommunica della Chieſa, nè per conſequente la Irregolarità; dico della Chieſa, perche ogn'vno, che pecca mortalmente, è ſcommunicato da Dio, & appreſſo Dio, ma non ſempre per Conſtitutione Eccleſiaſtica.

CONSIDERATIONE IV.

Non ſi debbe dire che alcun vſi ſprezzo in niſſuno de' tre modi ſopra detti contra il precetto del Prelato, quando eſſo Prelato in tale precetto manifeſtamente, & notoriamente abuſi la poteſtà dalle chiaui; & queſto mentre lo sà, & conoſce

colui,

colui,che non obediſce,& per altro riſpetto non cauſa in ſe, ò in altri, ſprezzo ſcandaloſo delle chiaui Eccleſiaſtiche: imperciochè in queſto fatto vn tal'huomo non è diſobcdiente alla poteſtà delle chiaui, ma all'abuſo erroneo di eſſe.

CONSIDERATIONE V.

Si ritroua maggior ſprezzo, & maggior peccato in vn Prelato, che abuſi la ſua poteſtà, come è ſtato detto, che in quello, il quale non l'obediſce, facendo la comparatione nell'abuſo ſolamente: per ilche alcune volte è coſa meritoria, & cede in honor della poteſtà Eccleſiaſtica, che ſi faccia reſiſtenza in faccia ad vn tale Prelato, con moderatione, che non ecceda li termini della legitima diffeſa, ſi come San Paolo

Paolo si oppose à San Pietro.

CONSIDERATIONE VI.

Potrebbe auvenire alcuna volta, che nel medesimo caso uno fusse disobediente per sprezzo delle chiavi Ecclesiastiche, non obedendo alla sentenza del suo Prelato, dove, & quando un' altro che non obedisse alla medesima sentenza, non fusse reo in modo alcuno di sprezzo, massime appresso Dio: & la ragione di questo è, perche quello reputa la sentenza giusta; overo per qualunque altra ragione reputa, che se gli debba obedire: ma quest' altro non la reputa tale, ma sà certamente, overo hà sufficiente probabilità, che il suo Prelato usa male l'autorità sua in pregiudicio delle chiavi, & destruttione della Chiesa.

CONSIDERATIONE VII.

Per conoſcere ſe interviene ſprezzo delle chiavi, ſi debbe riſguardare la poteſtà legitima, & il legitimo uſo della poteſtà, di quellò che comanda ſotto pena di ſcommunica, ouero minaccia irregolarità: altramente li Prelati potrebbono imporre ſopra loro qualſivoglia ſervitù, ſe fuſſe neceſſario ſempre obedire alle ſue ſentenze ingiuſte, & erronee, & per tanto è manifeſto, che hà biſogno di gloſa quel detto commune; *la ſentenza del Prelato, ò del Giudice, ancorche ingiuſta, ſi debbe temere.* Altrimenti, non è generalmente vero, ſe ſi dica che ſi debbe temere, cioè ſoſtenere, & non reſiſtergli; anzi in alcun caſo il ſopportarla ſarebbe una patienza aſinina,

& un

& un timor da lepre, & sciocco.

CONSIDERATIONE VIII.

Porta più pericolo lo sprezzo delle chiavi verso la persona del sommo Pontefice, che verso l'inferiore, perche dagli abusi de gl' inferiori è aperto il ricorso al Papa per il beneficio dell' appellatione: & se alcun dica che parimente si può appellare dal Papa al Concilio Generale, dicevano altre volte innanzi il Generale Pisano, & Costantiense, che questo non era in alcun modo lecito, & allegavano le sue ragioni a favor loro molto chiare(per quanto loro pareva) ma nondimeno al presente constantemente si afferma, che il negare la superiorità del Concilio sopra il Papa sia heresia condannata per Constitutione espressissima

ſima, & praticata nel detto Concilio di Conſtanza, ſi come altroue piu diffuſamente è ſtato moſtrato: per il che ſi riſponde altramente, cioè, che non ſi può, ne debbe celebrar coſi facilmente, & per leggier cauſa vn Concilio, per vdir le appellationi, doue anco fuſſe lecito appellarſi, ſi come facilmente ſi hà ricorſo al Papa.

CONSIDERATIONE IX.

Non s'incorre nello ſprezzo delle chiaui in molti caſi, ne' quali non ſi obediſce al commandamento del Papa; cioè quando egli abuſa enormiſſimamente, & ſcandaloſiſſimamente la poteſtà ſua a diſtruttione, & non ad edificatione: eſſendo che la poteſtà, come dice l'Apoſtolo, gli è ſtata data in edificatione. Per eſſempio,

essempio, Se il Papa volesse rapire li tesori della Chiesa, ouero vsurpar l'eredità, ò ridur in seruitù abietta il clero co' suoi beni, ò spogliarlo senza causa delle sue ragioni, Chi direbbe, che tal cose si douessero tolerare? Chi non giudicarebbe, che si potesse dire al Papa, Perche fai cosi? Chi non sentirebbe che se gli douesse resistere in faccia?

CONSIDERATIONE X.

Non solo non interviene sempre sprezzo delle chiavi in quelli, che non obediscono alle sentenze delle Scommuniche, publicate dal Papa, ouero da suoi Ministri, ma nè anco si debbe giudicare, che intervenga in quelli, che procurano diffendersi contra tal pretense sentenze per mezzo della potestà secolare: Impero-

peroche la legge naturale insegna, che a viva forza si possi far resistenza alla forza, ma è cosa chiara, che tal Scommuniche non si debbono chiamar ragione giuridica, ma forza, & violenza; contra la quale è lecito ad ogni huomo, & animo libero il diffendersi.

CONSIDERATIONE XI.

Non s'incorre nello sprezzo delle chiavi, & per conseguente nè anco Scommunicationi, ò Irregolarità, quando nelli sopradetti casi qualche Giurisconsulto, ò Theologo in sua conscientia dice, che tal sorte di sententie non sono da temere, nè da osservare, massime se si osserverà la debita informatione, & cautela, che non seguiti scandolo nelli deboli di conscientia, & scrupulosi,

quali

quali reputano, che il Papa sia un Dio, che habbia ogni potestà in cielo, & in terra: ma si debbe liberar questi tali dalla sua scicchezza con idonee, & convenienti informationi, li quali se non vorranno acquietarsi si doverà giudicare, che il loro scandolo non sia scandolo datogli da gli altri, ma scandolo ricevuto da loro medesimi, cioè scandolo de' Farisei, & che nasce da malitia, & non scandolo de' deboli, & scrupulosi, che viene da semplicità, & ignoranza.

CONSIDERATIONE XII.

Si debbe dire quelli più tosto fomentare lo sprezzo delle chiaui, che tenerle in riverenza, i quali douendo resister all'abuso delle chiavi, si dividono tra loro, & s'impediscono l'un

l'un l'altro, ò per imprudenza, ò per dapocaggine, non caminando nella casa del Signore di commun consenso, mentre alcuni favoriscono gli abusi, & altri li vogliono levare. La verità è, che si debbe tentare ogni via favorabile, & humile, col sommo Pontefice, quando male informato pronuntia ingiuste sententie, ò per se stesso, ò per mezzo di suoi ministri, acciò desista, & le reduchi à debita forma; ma se la humil diligenza non giova niente, si debbe dar di mano ad una virile, & animosa libertà.

ESSA-

ESSAMINE

Di quell' Assertione, Sententia Pastoris etiam ingiusta timenda est, *dell' istesso* Gio. Gersone Cancelliero.

CASO.

VN certo, che si faceua Commissario del Papa, pose in un suo processo publico l'assertione, che segue, *le nostre sententie, quantunque fussero ingiuste, si debbono osservare, & temere:* si cerca sopra questa assertione prima se sii falsa, & erronea: secondo, se si debbe dannarla nel giuditio della fede: terzo, se l'Auttore con ragione si possi chiamare in giuditio di fede.

Et

Et prima pare,che sij vera,perche ſecondo San Gregorio, la ſententia del Paſtore ſi hà da temere,ò giuſta, ò ingiuſta che ſia:al quale concorda Vrbano Papa,qual dice, che ſi debbe molto temere la ſentenza del Veſcouo,quantunque leghi ingiuſtamente, ma il Papa non ſolo è Paſtore, ò Veſcouo, ma ſupremo Paſtore,& Veſcouo.

Ma incontrario è il detto di S. Girolamo ſopra la Epiſtola di S. Paolo à Filemone, fondato in quel di Eſaia al 5. Se alcun dirà che la coſa ingiuſta ſia giuſta, queſto è abomineuole appreſſo Dio, & San Gregorio nell'homilia 27. quello priua ſe ſteſſo della poteſtà di legare,& ſciogliere, che la eſſercita ſecondo gli ſuoi appetiti, & non ſecondo le ragioni de' ſudditi. Et l'iſteſſo San Gregorio dice, all'hora l'aſſolutione

del Presidente è vera, quando segue l'arbitrio dell' interno giudice, cioè di Dio: Et ancora l'istesso Santo dice, quello non debbe sostenere pena canonica, ilquale non è condennato per sentenza canonica, ma è cosa certa, che la sentenza ingiusta, non è canonica, &c.

Per decisione si propongono le seguenti propositioni da essere essaminate.

Questa assertione posta in processo publico, essendo erronea nella fede, & nelli costumi, non è da dissimulare, nè da trapassare, perche è scandalosa, & posta deliberamente. Questa assertione è vna propositione conditionale, che include vna tal consequenza, ancorche le sentenze nostre siino ingiuste, nondimeno si debbono osseruare, & temere, la qual assertione cosi dichia-

dichiarata, essendo falsa, è ancora impossibile, come è manifesto per le regole infallibili del discorso. Aggiongendo, che contiene vna vniuersale, che tutte le sentenze del detto Commissario (quantunque ingiuste) si debbono osseruare. Questa assertione è falsa, perche l'opposito del conseguente stà con l'antecedente, imperoche è vero, che alcune sentenze del Pastore, ò Papa, & suoi Commissarij, non debbono essere osseruate, anzi ne anco temute, quando sono ingiuste, & questo in molti casi: Primo, se la sentenza sij pronunciata dopò l'appellatione legitima, come notò Innocentio III. nell' epistola all' Arciuescouo di Sans. Secondo, se contenga errore intolerabile, come notò l'istesso: & questo può auuenire in molti modi, poiche nessun

Paſtore, che viua in terra, anzi nè anco il Papa, ſia impeccabile,ſi che non poſſi abuſare la ſua poteſtà, eſſendo circondato d'infirmità,& imperfettioni, come ſi dice nella Epiſtola à gli Ebrei. Vn caſo, ſe ſententiaſſe eſpreſſamente, ò implicitamente contra la fede,& ſacra Scrittura. Vn'altro caſo, ſe ſententiaſſe in pregiudicio della verità, della vita,& della giuſtitia, come ſe,volendo alcuno rapir la moglie d'vn'altro, pronunciaſſe ſentenza di Scommunica contra chi ſe gli opponeſſe. Vn'altro caſo, ſe ſententiaſſe in pregiudicio d'vna giuſta libertà, come ſe volendo vſurpar la Città d'vn Prencipe,ſcommunicaſſe quelli, che non voleſſero dargliela: & coſi di molti altri ſimili caſi, come ſe voleſſe ſcommunicar quelli che obediſcono il ſuo Rè, & gli ſuoi

editti

editti ragioneuoli. Notò le ſudette coſe Innocentio nel nominato luogo, & di ciò ſi hà il fondamento nell'infallibile legge diuina,& naturale, che tralaſcio di dedurre qui.

Queſta aſſertione è impoſſibile, il che ſi conclude dalle coſe dette di ſopra, notando che li Canoni, & leggi, ſopra quali pare che ſi fondi, non parlano in tal modo conditionale, & Ipotetico, & non dicono, che la ſentenza del Paſtore ſi debba oſſeruare,eſſendo molto diuerſo il dire, che alcuna ſentenza ſi debba temere,dal dire, che ſi debba oſſeruare: Impero che la iniquità tirannica ſi può temere,ma non ſi debbe oſſeruare, anzi ſi debbe ſprezzare, & perſeguitare.

Queſta aſſertione ſi debbe riputare erronea contra gli buoni coſtumi,& Canoni; impercioche appar-

tenendo alli coſtumi,& Canoni,non è conforme à quelli in verità , nè può eſſerui , ſi come è manifeſto dalle coſe precedenti ; adunque diſcorda da loro,& gli è contraria.

Queſta aſſertione meritamente debbe eſſer ſoſpetta nella fede, come è manifeſto dalle coſe dette di ſopra , pigliando fede per l'oggetto della fede , cioè per la ſacra Scrittura,& legge diuina.

Queſta aſſertione rende l'auttore ſoſpetto nella fede , & per conſeguente con ragione ſi debbe chiamare in giudicio della fede , & ſi doverà sforzare ad eſponerſi , overo rivocarla , & ſe pertinacemente ricuſarà , ſi doverà laſciare in mano della giuſtitia ſecolare.

In conſequenza , per aggravare la ſopradetta aſſertione, ſi inferiſcono

no le seguenti propositioni, con protesto, che questo si fà per fine civile, & ecclesiastico, & per diffesa della verità Cattolica, & della libertà ecclesiastica, & non per offendere la Maestà regia.

Prima, il Rè Christianissimo di Francia ha giurato nella sua consecratione di diffendere, & mantenere le ragioni, & libertà delle Chiese del suo Regno.

Secondo, l'istesso Re molte volte da 20. anni in quà, ha convocato il Concilio delli Prelati, & Vniversità del suo Regno, per deliberation de' quali, & à loro richiesta ha concluso solennemente per arresto della Corte sua suprema del Parlamento, che la Chiesa Gallicana si dovesse ridurre, & in se, & negli membri suoi, alle antiche, & legitime libertà sue, nominatamente nel conferire li be-

neficii da gli Ordinarii & nel fare le elettioni.

Terzo, l'istesso Re, & il suo figlio legitimo, hora Reggente, ultimamente doppo quattro & cinque anni, hanno fatto publicar solennemente questo arresto, aggiungendo pene contro li ribelli.

Quarto, l'istesso Re debbe reputare, che le sentenze di qualunque Pastore etiamdio del sommo Pontefice, fatte, & pronuntiate in contrario, ò per mezzo de Ministri, ò immediate per se stesso, sono ingiuste, & contengono errore intolerabile contro la publica giustitia, & tendono ad una usurpatione indebita, & per conseguente non si debbono servare, nè è necessario temerle, massime essendosi offerto in presentia del Concilio Generale di Constanza, di esser apparecchiato

di voler provedere allo ſtato del ſommo Pontefice per la parte ſua, ſi come gli altri Re, & Regni. Si dice quà, che non è neceſſario temerle, perche poſſono eſſer temute dalle timorate conſcienze, in qualche caſo, ancora che non perciò ſi devono oſſervare; imperoche è gran differenza dire, che ſi debbono oſſeruare; & dire, che ſi debbono temere; & per tanto, pare che il ſopradetto Auttore, havendo aggiunto del ſuo, che le ſentenze del Paſtore ingiuſte ſi debbono oſſervare, habbi parlato molto temerariamente, ſcandaloſamente, & erroneamente; negli Canoni, & Leggi, ſopra quali pare che ſi fondi, parlano a modo ſuo, anzi molto più modeſtamente, che ſi poſſono ridur al vero ſenſo, alquale non ſi può ridurre la ſua aſſertione nel modo eſpreſſo

da

da lui, ſi come è manifeſto per le propoſitioni ſopradette:

Quinto, l'iſteſſo Rè ſi può diffendere contra quelli, che procedono contra lui ouero gli ſuoi ſoggetti, per l'occaſione ſudetta, come contra quelli che vogliono uſurpar le poſſeſſioni temporali del ſuo Regno, anzi più, quanto le coſe ſpirituali, & eccleſiaſtiche, auanzano le tempotali.

Seſto, il debito vuole, che l'iſteſſo Rè habbia in tal negocio gli ſuoi ſuggetti, & ſpecialmente gli Eccleſiaſtici, in favore, & obedienti, ſecondo l'ammonitione dell'Apoſtolo, che debbono obedire al Rè, come ſupremo: & queſto ſopra tutto quando adopera la ſua legitima poteſtà, per oſſervatione del proprio giuramento, & per diffeſa della libertà Eccleſiaſtica.

Setti-

Settimo, il medesimo Rè debbe tener sotto la protettion sua i sudditi suoi, che non siano per patire per l'obedienza prestata à lui nelle occasioni sudette, & assumer la causa in se. Et i sudditi, così Secolari, come Ecclesiastici, possono, & debbono viver quietamente sotto questa protettione, non cercando di saper più di quel che bisogna sapere.

Ottavo, il medesimo Rè ragionevolmente può lamentarsi de' sudditi suoi, massime Ecclesiastici, se si troveranno tepidi, ò vorranno zoppicare, ò tergiversare nella restitutione della sudetta libertà, & può esso stesso, ò per mezzo de' suoi Ministri, voler saper le ragioni, perche si muovano, à voler sentire contra le deliberationi, non solo del suo Consiglio mà de gli suoi Prelati, & delle

delle Vniversità del suo Regno: ma con che pene gli doverebbe castigare, la modestia Ecclesiastica non comporta che io ne parli *&c.*

IL FINE.

ANT 1.316.365